

A opem ferebat, & multos ordinis senatorii ad egestatem redactos locupletabat: eaque largitiones statim iplo vidente numerabantur, ne quid inde, ut sub Augusto factum meminerat, per dispensatores subtraheretur. Zonaras.

Vespasianus Imp. in omne humanum genus liberalissimus, explevit censum Senatorium: consulares inopes quingentis sestertis annuis sustentavit: plurimas per totum orbem civitates, terramotum aut incendio afflictas, restituit in melius. Svetonius.

Nerva Imper. iis mensibus quibus imperavit; in eorum usum decies ac quinquies centum millium aureorum nomum summam dispensavit: praefectis senatoribus, ut agros ad eorum sustentationem coeherent, atque iis dividerent, quos ob inopiam ope dignos animadvertent. Unde inops pecuniae factus, vestes, vasa, & universam suppellectilem auctioni subiecit, agroque & domos vendidit. Dion. Cassius.

Ad Herodem Atticum palliatu quispiam & crinitus, barbaque probe ad pubem usque demissa accessit, ac sibi eis aptus, ad panes scilicet emendos, dati petiit. Interrogatus, quoniam irato vultu, se philosophum esse respondit. At Herodes: Video, inquit, barbam & pallium, philosophum non video; & iusti dari pretium panis xxx. dierum: Demus, inquit, tanquam homines, non tanquam homini. Conversus postea ad discipulos: Mufonius, inquit, philosophus aruleanti cupiam, & philosophum sese ostentanti, dari iusti mille numum, & cum plerique dicerent, nebulonem esse, hominem malum, & nulla re bona dignum, subridens dixit, & sibi dicitur. Gell. l.9. c.2.

Avicenna, medicus & philosophus summus; mortiens facultates suas, quas habuit amplissimas, pauperibus locavit. Sorzamus in eius vita.

Luchinus Vivaldus, Genuensis, juvenis opulentus, Genuensem matronam frustra deperibat. At cum in Sardinia mulieris vir captus esset, ipsa egestate pressa, misit qui Luchinum ad colloquium invitaret. Larus Luchinus venisse tempus arbitrabatur, amata potuisti. Mulier pedibus provoluta, manantibus lacrymis dixit: Menem quidem sibi semper fuisse, ut in violatam conjugii fidem servaret: sed extrema inopia pressam, victamque parvulorum pietate liberorum, quos fame jam confectos videbat, cogi se, ut suam filiorumque vitam ejus misericordiae commendaret. Quibus verbis auditis Luchinus amore in pietatem converso, ne manu quidem mulierem contigit: sed statim domum reversus, omnia uxori narravit, atque per eam mulieri pecuniam & cetera ad viduum necessaria misit. Fulgof. l.4. c.3.

Jacobus Urgellensis Comes, cum Ferdinando Aragonum regi rebellans, in oppido Bellagerio diuturna pressus obsidione se dedere pararet, & miserabili habitu portam egrediretur, obvius ei fit miles quidam, nonnum obducta ingentis cicatrice vulneris, quod pro illo pugnans in capite accepterat: & ut erat in iplo corporis habitu miserabilis, opem orat, ne militem suum plagae, morbo, fami, nuditati, tanquam immanibus feris conficiendum relinqueret. Huic Comes: Tu quidem recte, sed ego te miserabilior, qui non modo nihil quod dem, sed ne me quidem me ipsum habeo. Quid loquor? aegredum miles, habeo quod dem. Gerebat loriceam hamis contextam, non confertam, non parva pecunia: eam protinus sibi detractam militi dedit, cunctis qui aderant talem fortunam in tanta virtute propere desistentibus. D Falla lib. 3. Histor.

Pete ex loco de Sumptu, & de Muneribus, plura in pauperes beneficentiae exempla.

Erga Aegros. Consule Tit. Medici liberales, quatenus ex arte non modo non quaerunt, sed & pietatis insuper organum esse volunt, infra.

Petrus cum Joanne in templum ascendens, claudum sibi petentem sanavit, elemosina loco. Act. 3. Dignum est observatione, quod Christus Jesus semper fidem requirebat ab iis quos sanaturus erat: quandoquidem illi non elemosinam, sed beneficium sanitaris expectabant. At Petrus non explorata fide claudum, & nihil minus quam sanitaris expectantis, elemosinam confert. Ut & nos discamus, in elemosina danda non tam perione dignitatem, quam officium nostrum perpendere.

Arcesilaeus Philosophus, Cerebium aegrotantem inopiaque terum pressum invifens, plenum numis fucullis clam ejus pulvillo subiecit. Quo reperto: Arcesilae (inquit Cerebium)

hic ludus est. Arcesilae dicere solebat, se malle liberalitatem, quam auream argentamque suppellectilem. Guido Bistur.

Adynati, hoc est, corpore mutilati, Athenis, si a Senatu quingentorum approbati essent, quotidie (ut quidam ajunt) binos, ut alii, singulos obolos ex arario accipiebant, Philochoro auctore: novenas drachmas in mensam. Suidas.

Alexandro Magno, victo ab Arbela Datio, Ptesepolim proferanti, venerunt obviam cum supplicantium insignibus Graeci, qui a superioribus Persarum regibus corpore turpiter multati fuerant, octingenti ferme numero, & plerique aetate senes, mutilati omnes, hi quidem manus, alii pedes, quidam aures & nasum. Si qui scientia, arte aut disciplina aliqua excellabant, his membrorum omnium, exceptis quibus ad exercendas suas artes uterentur, extremitates amputatae fuerant: ut quicunque provecat eorum aetatis dignitatem, & miseram corporum lacerationem viderit, non multum infelicis hominum foris miserem non potuerit: praecipueque ipse Alexander, qui & vehementer indoluit, nec lachrymas valuit continere. Cum vero illi voce una exclamarent, rogassentque Alexandrum, ut suae calamitatis adjuvamentum afferret, solutus est eos rex, curaque sibi fore promisit: adiciens, quemadmodum suam animi magnitudinem decebat, curatum ut in patriam honeste reducerentur. Ab hoc sermone Graeci in unum convenientes, habita simul de suis rebus consultatione, praefate judicant, in eo loco ubi erant permanere, quam reverti in patriam: quod restitui in loca diversa discedere cogentur, paucique eorum simul degentes, dum perurbes cum aliis civibus versarentur, dolorem ex erubescit sui infornium sensuri essent: sed cum in Asia simul & eadem affectu calamitate vitam decerent, solatium aliquod miseriarum suarum ex pari cohabitantium fortuna mutuo omnes percipere. Itaque Alexandrum turbas adentes, quidnam decrevisset, exposuerunt, orantunquae eum, ut praesentem suum statum adjuvamento decenti recrearet. Rex comprobato eorum consilio, tria drachmarum millia, vestes viriles quinque, totidem muliebres, duo paria boum, oves quinquaginta, quinquaginta etiam tritici medimnos, singulis dono dandi iussit: immoque omnium tributorum, quae regi solvebantur, fecit. Praefectis suis injunxit, ut bonam curam haberent, ne eis hominibus injuria ab aliquo fierent. Diodorus lib. 17.

Bernardinus Senensis, cum duodecim aliis, Senis ministrare solebat illis qui peste correpti erant. In vita ejus.

Matia Decegenes, cum marito, leprosis servavit. Ludgard matrona omnium castissima, totum patrimonium suum, ad curam pauperum & susceptionem peregrinorum, multis locis distribuit. Visitavit & ipsa Bremam: quod die infirmos, nec erubuit iis ministrare. Crantzius lib. 1. cap. 41. Metrop.

Carolus, Navarrae princeps, Joannis Alphonsi filius, etiam infimis & sordidis hominibus opem ferre non recusabat, cum ipse morbi cuiusdam ab dita medicamenta teneret: etiam tunc, cum ob mortuum pharma cum fupisset, & acri aspectum fugere deberet. Pont. cap. 6. de Benef.

Petrus Urfeolus, dux Venetorum, sepe clanculum aegrotos visitabat, iporumque inopiam verbis & elemosinis sublebat. Bergom. lib. 11.

Uladislaus Lothicus, Polonorum rex, Cruciferis memorabili strage affectis, caesorum numerum recognoscens, conspicatus est Florianum Sharum, hominem equestrii ordinis, multis vulneribus debilitatum, respinatum corpore jacentem; & illa per vulnus effluentia manibus cohobentem; conversusque ad comites: Quam magnus hic est, inquit, hujus viri cruciatus! Respondit ille: Majorem esse ejus qui in eodem pago malum vicinum habeat, quale ipse expertus fit. Rex contra: Bono, inquit, animo es! Isthoc ego te malo liberabo, si vixeris. Et sublatu curatulo, totum pagum amoto malo vicino regia misericentia adeptus est: insuper praclarum virtutis testimonium consecutus; ad posteros transmisit, ut stemma ejus familiae, quae tres haste transverse sunt. Jeterorum, hoc est illum nomine appellentur, cum prius Kozleroghi ab Hirci comibus diceretur. Cromerus lib. 11.

Mos erat Alphonsio Aragonio, Siculorum regi, quocumque in loco Eucharistiam ferri perpexisset, relicto equo, quo ferebatur, pedibus cum prosequi in locum, quod perferretur. Dum hoc peragit, contigit semel in verule domum ingredi, fan-

A sanguinis fluxu laborantis. Cum autem certior factus esset, ejusmodi morbo plurimum jaspidem conferre, misit statim, qui unum quem habebat, perferret: ipseque mulieris manui cum inferret, brevique a morbo agram liberavit. Fulgofus lib. 5. cap. 1.

Erga Captivos. Vide Tit. Lyrii liberalis, quatenus captivos liberavit, infra.

Agrippam (qui Judaeorum postea rex factus est) in vincula Romae a Tiberio coniectum, Antonia Drusi uxor liberaliter tractavit, inscio Tiberio. Josephus lib. 18. cap. 8. Antia.

Annibale Capuam tenente, Facula Clunia captivis Romanis egentibus suppeditavit alimenta. Symmachus Pontifex laude pia liberalitatis insignis, ad cetera beneficia Episcopos, quos Transamundus Vandalarum rex post persecutionem in Africa renovatam in Sardiniam relegarat, assidue vestes atque alimenta suppeditavit. Sigonius l. 16. Imp. occid.

Anianus Episcopus Aurelianensis, cum in angustatione cum solennitate urbem esset ingressurus, petiit ab urbis praefecto Agrippino, ut captivos omnes sibi dono daret. Quod cum Agrippinus recusat, ex ruina lapidis ex alto cadentis graviter vulneratus, & ab Aniano curatus, concessit demum, quod ante recusat. Vitis. l. 19. c. 12.

Severinus (de quo vide Tit. Doctorum Ecclesiasticorum) Romanos captivos a Gisa, Filicitei Ruginorum regali conjugis imperiosa & crudeli, sibi donari petebat. Superbe pium senem a se illa repulit, & statim filius ejus morbo gravi correptus est. Petiit illa veniam a sancto Severino, eique captivos omnes donavit. Severinus vicissim filium ejus sanitati restituit. Otho Phisigenia l. 4. c. 30.

Soranus Abbas, Longobardis Italiam vastantibus, redimere captivos, & eos qui amissis rebus praedae supererant, juvare non desistit, donec latronum gladiis, Ecclesiae thesaurus ab eo frustra quaerentium (quoniam jam nulli erant) consilio occubuit. Eo corruente, terra tremuit. Marul. l. 1. c. 2.

Memorable est, quod de Paulino Nolanae urbis Episcopo refert Gregorius. Is urbe sua expugnata a Vandalis (sub Justino seniore Imper.) & civibus captis, plurimos ab hostibus emit, pecunia pro eis soluta, donec omnem substantiam suam ita dispensavit. Tandem cum nihil ei superesset, ac vidua quaedam uxoris pro filio capto ab eo peteret, ipse se pro captivo hosti tradidit, & vidua suum filium restituit. Horrulam autem se esse professus, apud regis generum horro ameno praefectus est. Ibi cum industrius esset, facile sibi domini sui favorem conciliavit, adeo ut frequenter consiliis & colloquiis ejus dominus frueretur. Tandem cum in regis quoque familiaritatem venisset, eique mortem praedixisset, propter virtutis admirationem non solum ipse ex captivitate & servitute dimissus est, sed omnibus etiam civibus suis liberationem impetravit, & cum navibus onustis frumento donum rediit. Gregorius Dialog. lib. 3. c. 1. Quando Nolam Barbari vastaverunt, cum ab eis teneretur, sic in corde suo, ut ab eo postea cognovimus (inquit D. Augustinus lib. 3. de Civitate Dei cap. 10.) precabatur: Domine, non excrucier propter aurum & argentum: ubi enim sunt omnia mea, tu scis. Ibi enim habebat omnia sua, ubi cum condere & thesaurizare ille monuerat, qui haec mala mundo ventura praedixerat. In Vita.

D. Gregorius Pp. lib. 6. ep. 177. Fortunato Episcopo Fanensium factorum valorum distractionem pro redemptione captivorum permittit. Idipsum quoque epist. 119. Domino Mellanensi Episcopo.

Theodosio juniore, contra Persas suscepto bello, regionem Azazenam vastante, capti erant a Rom. circiter septem Persarum millia. Quos cum regi Persarum reddere nolent Romani, fame caperent periclitari. Ibi tum Acacius Amydenus Episcopus convocato Ecclesiastico collegio omnes eo duxit, ut vasa & donaria Ecclesiae pretiosissima venderent, & eo pretio captivos redimerent. Quos cibo refectos, & viatico insuper donatos, ad regem remisit. Qui tanta Acacii pietate motus, a Theodosio impetravit, ut Acacium coram videre, eisque colloquio sui posset. Socrates lib. 6. cap. 21.

Scythia quaedam, tempore Andronici Imperat. Thracem quandam captivum emit, eique nupsit, Constantinopolim proficiscendi consilio. Vix dum clasplo anno, cum

jam puerum a matre suscepisset, hujus prior uxorem etiam captivam adducitur. Qua agnita, in viri gratiam eam illam emit. Cum Constantinopolim profecti essent, uxore prior ad Patriarcham accurrit, sibi que per injuriam maritum a Scythia praetereptum conquireretur. Haeritantibus cunctis, Scythissa, utriusque domina, ultrò redemptionis pretium vito condonavit: mulieri vero permisit, ut si liberandi causa pretium attulisset, cum marito libera abiret. Gregoras lib. 10.

Tiberius III. Imp. victis Persis, adductos Constantinopolim captivos omnes, magnificentissime vestivit, ac in patriam remisit. Quos praeter spem rediisse populares admirati, magnis laudibus Romanum principem extulerunt. Cyprianus.

Tribunus Palaestinus medicus a Cosio rege, quos sanitati restituerat, muneris loco id unum petiit, ut sibi captivos quosdam Romanos donaret. Quos rex praemii loco libenter concessit, super tria millia. Suidas.

Saladinus Aegyptius Sultanus, qui Ierosolymitani regni fastigium Christianis ademir, claris victoriis celebris, celeberrimus capto Guidone Lusignano Cypr insular rege, & aliis non paucis principibus Christianis, quos omnes humanissime habuit, facile postea dimisit: acce per biennium oblecta, Christianos milites coactos fame deditionem facere, summa humanitate excepit, uxores singulis suas tribuit, multas ex iis captivas redemit, magnoque auri pondere donatos domum dimisit. Egnat. l. 6. c. 5. Vide de Eodem insignis munificencia exemplum infra. Tit. Liberalitatis & dicitur, §. Lytrum Condonatum.

Carolus Magnus erga pauperes liberaliss. etiam trans maria in Syria & Aegypto, atque Africa, Ierosolymis, Alexandria, Carthagine, ubi Christianos jam sub Saracenis paupertate premi compererat, penuriae eorum compatiens, pecuniam mittere solebat, ob hoc maxime transmarinarum regum amicitiam expectans, ut Christianis sub eorum dominatu degentibus refrigerium aliquod contingeret. Crantzius l. 2. Saxon. cap. 8.

Joannes IV. Pontificatum iniens, ex reliquis thesauris, quos Isaacus Exarchus sacilegus apud Lateranum reliquerat, captivos omnes, quos potuit, Ilios & Dalmatas, a captivitate redemit. Platina.

Joannes VI. ex aratio Ecclesiae multos redemit. Crantzius in Metrop. l. 2. c. 1. & Platina.

Hungari multos Capuanos captivos duxerunt. In quibus redimendis expenderunt monachi Cassinenses coram argenteam magnam cum catenis argenteis, pocula argentea quatuor, thuribulum argenteum inauratum, & alia donaria. Chron. Cassinense l. 3. c. 58.

D. Remperio, Ripensi Episcopo in Dania, inde Hamburgensi Archiepiscopo, praecipua cura fuit de redemptione captivorum. Quomodo plures tenerentur a Danis aut Vandalis, quam illius possent are redimi, sacra etiam vasa distraxit, & redemptioni impendit miserorum: sanctus arbitratus, pretiosas Christo animas in libertatem statuere, quam autem intra sacratium congerere. Ecclesiam novellae plantationis visitans Sclavici, vidit multitudinem Christianorum catena trahi captivam, quos per litora grassati, aut in iplo mari navigantes Dani ceperant. Itaque & catenam oratione perfregit, & equo in redemptionem miserorum tradito, captivos laxavit, placavitque feroces animos barbarorum. Crantzius l. 2. Metrop. cap. 10. & 11.

Candidus, Sergiopolis Episcopus, Surenorum captivorum duodecim millia ducentis anteis a Cosio Persiarum rege redemit. Procopius de bello Persico lib. 2. Idem constat ex Gregorio lib. 10. Indit. 5. epist. 48. & lib. 7. Indit. 2. epist. 13. ubi inquit: Et factorum canonum statuta, & legalis permittit auctoritas, licite res Ecclesiasticas in captivorum impendi redemptionem. Idem Canon. 5. synodi Maticonensis affirmat.

Militum S. Mariz ordo de redemptione captivorum, seu de mercede, institutus fuit a Jacobo illo Aragonum rege, qui Baleares insulas subegit ann. 1212. Gregorio IX. approbante: amicum gerunt alium cum atra cruce, quorum officium est captivos redimere. Vol. lib. 21. Anthropol.

Recepta Clodia Genuensis capti plurimi a Venetis, & ad finem belli usque custoditi. Venetae matronae tantum pecuniam in medium contulere, ut Genuensibus, qui feminidum custodia educati erant, tunicae aliaque velamenta corporis, ut cuique hac vel illa re opus fuit, sint absentibus prebita: viaticum adhaec datum, ne mendicare cogentur. Qui tandem emissi sunt, mille

A mille quingenti numero fuerunt: ceteri diurni carceris sententia deditur, & ut quidam tradiderunt, ab longa obsequii inedia ad esuriam cibo ingurgitato, medio tempore motum obvivere. *Sab. lib. 9. Em. 9.*

DIDACUS Mendocius, Infantariorum regulus in Hispania, Franciscum Gallie regem, in Papiensi pugna captivum factum, quem ad Carolum Casarem, tunc Toleti astantem, perducere, ad Madritum intra fines ditionis iter habentem, incredibili apparatu, exornatis passim hospitibus, perpetuis sumptibus excepit & aluit, ea subinde regali munificentia dona offerens, quae neque Franciscus a Casare expectanda censeret, neque ipse, si in Gallia in columnis regni fortuna esset, advena regi daturus esse videretur. Addidit Mendocius ad eam excelsi animi liberalitatem spectaculum non modo sibi & posteris, sed toti etiam Hispaniae maxime gloriosum. Populos namque imperio sibi subiectos militibus instructos armis indicta die in proximam viae planiciem evocavit, digessitque in cohortes & turmae decurrere iussit. Fuere supra duodecim milia peditum & equitum: docuitque Mendocius admirandum regem, multos esse in Hispania ita regulos ipso admodum potentiores: ut non esset in ultima laude, si qui nec ordine primarius, nec opibus summus esset, non modo reliquos omnes superasset, sed ipsum quoque Casarem ad immensum liberalitatis specimen provocasse censeretur. *Iovius in Pifcario, lib. 7.*

Erga Clade affectos.

Massilienses, audita clade, qua Romanos Galli affecerant, publico funere mortuos Romanos prosecuti, aurum quoque Rom. populo miserunt, ut facilius ea Gallis redimerent. Atque hoc Massilienses egerunt, nondum aliqua societate aut foedere Rom. conjuncti. *Fulg. l. 4. c. 8.*

HIERO Syracusanorum rex, audita clade, qua Romani apud Thrafinum lacum afflicti erant, trecenta milia modiorum tritici, ducenta hordei, aurique ducenta & xl. pondo illis muneri misit. Nec ignarus verecundiae illorum, ne nollet accipere, in habitu id Victoriae formavit, ut eos religione motos, munificentia sua uti cogeret. Voluntate mittendi prius, iterum providentia cavendi, ne remitteretur, liberalis. *Valer. lib. 4. cap. 8.*

Paula Bula Canofina, mulier Apula, Hannibale contra Romanos bellum gerente, populanteque totam Italiam igne ferroque: postquam apud Cannas fere confregisset omnes Italicas vires, ex eo confictu circa decem milia per devia noctu Canum pervenerunt. Eos omnes exangues, nudos, inermes, afflictoque vulneribus, ipsa Bula propriis in adibus comiter excepit hospitio: adhibuitque medicis, vulneratos curari fecit, nudis vestimenta concessit, inermibus arma ceteraque necessaria munificentissime largita est: & quod excedit reliqua, omnibus refocillatis, & abire volentibus cunctis viaticum ultra voluit impartiri. *Val. Max. l. 4. c. 8.*

Campani exercitum Rom. cum Coss. apud Caudinas furcas sub jugum à Samnitibus missum, nec inermem tantum, sed etiam nudum, urbem suam intrantem, perinde ac victorem, & spolia hostium praeferecentem, venerabiliter exceperunt: protinusque consilibus insignia honoris, militibus vestem, arma, equos, commeatum benignissime praestando, & inopiam & deformitatem Romanae cladis mutarant. Quo animo si pro imperio Rom. adversus Hannibalem quoque D usi fuissent, truculentis securitibus materiam seviendi non praebuissent. *Val. Max. l. 5. c. 1.*

PAGANUS Turrianus, multa cum laude liberalitatis & pietatis, Mediolanenses à Friderico II. Casare ad Cohortinova oppidum, cruento praelio, anno 1232. profugatos, ad se recepit, incredibilique benignitate omnium humana ope adjuvos fovit, domumque dimisit. Cui non multo post optimae de se merito gratiam reulere, demandato ei Praetura magistratu, ipsoque cum universa familia civitate donato. *Iovius in Othone Piaccomite.*

Erga Naufragos.

Phasiani populi naufragium passis viaticum praebent, & rursus abnavigantibus tres minas dant. *Herod. in Pelis.*

ARISTIPPUS naufragio facto, in litus apud Rhodium nudus ejectus, ob doctrinam invenit non modò qui necessaria ad victum, verum etiam qui vestes ipsi atque comitibus preberet. Cum autem redeuntes domum quidam ex ipsis comitibus petissent, si quid suis Aristippus mandare vellet: respondit,

Hoc tantum se mandare, nomine suo cognatos monerent, ut filii opes eas pararent, quas adversa maris tempestas perdere non posset. *Fulg. l. 7. c. 2.*

AD. D. Gregorium Magnum, dum adhuc Abbatibus officio fungeretur, venisse quendam, atque elemosinam poposcisse legitur, quod se naufragium fecisse diceret: & cum ex numeros ab eo accepisset, mox reversum, totidem pari facilitate impetrasse. Perendie rursum accessisse lamentantem, minime quid praes que in mari amiserat, sibi fuisse emendicatum: proinde ad opem ejus implorandam iterum atque iterum necesse se habere confutere. Tunc murmurante multum dispensatore, ac dicente: Jam aliud nihil quod dari possit, praeter argenteam lagenam, in monasterio restare, continuo eam ipsam à Gregorio tradi iussit. Neque verò multo post summus Pontifex designatus, cum duodecim tantum peregrinos pauperes (in illis Apostolos Domini veneratos) invitari praecipisset, discumbentes intuitus, praestituto numero unum superesse animadvertit: & cum invitatorum criminis argueret, quòd plures quam iustus fuerat convocasset, ille è contrario nequaquam plures esse asseverat: eos de integro considerare cepit: atque eum ipsum, quem ut solus videre potuit, ita solus residuum esse annotat, subinde murari deprehendit, & modò juvenis, modò senis speciem vultu praefere. Tali offento auronis, silentium tantisper tenuit, donec peracto convivio seorsum evocatum, quinquam esset, interrogavit. Ille se non hominem, sed angelum esse respondit, cui aliquando sumpta naufragi forma mendicanti, ipse & pecuniam & argenteam lagenam largitus esset. Cumque subjunxisset, tum demum illum à Deo electum, qui praesse Ecclesiae post Pelagium Pontificem debere: evestigio tenuis dilapsus in auras, conspectum ejus dereliquit. *Marci. l. 1. c. 2. Narrat Sigebertus in Chronico, Romanos cum parum in auro Ecclesiae reperisset post obitum Gregorii, voluisse liberos ejus comburere, & memoriam illius delere: sed prohibito fuisse à Petro Diacono, qui iurejurando fidem eis fecerat, quòd Spiritum sanctum sepe viderent, in specie columbae, capiti ejus insidentem, inter feribendam.*

CONALVUS Magnus, dum Tarentum regis sui Ferdinandi nomine obfider, pervenit à Lesbo insula tum forè ad proxima Calabriae litora saevissimis ejectionis tempestatibus, Philippo Ravastienis Belgae, Gallicae classis praefectus, navibus partim naufragio amissis, partim vi ventorum dissipatis, ipsa verò praetoria navi adeo quassata, ut cum violenter ad Cytheream insulam scopulis illisa, magnis timoribus hauribus aequam undique admisset, ipse feminis cum nobilitatibus evasit. Ad eum itaque Conalvus, cum naufragia confectum, tum recentis periculi imagine, reique male gestae dolore confectum, omnique castrensis & domestico exutum apparatu, continuo dona misit, quae & praesenti rerum fortune maxime congruebant, & (si multitudine pretiumque spectares) regiam liberalitatem superare videbantur. In his praeter omnis generis commeatuum vim ingentem, fere fericae veltes pretiosissimas sibiellarum cervariorumque luporum pelibus suffultae: itremque lecti ferici, stragulae, tapetes, & vasa argentea in mensuram usum, nobilesque aliquot equi phalerati: tantumque earum rerum numerus fuit, ut ad eas quoque comites fere omnes ea liberalitas perveniret. Quibus muneribus adeò sibi Gallorum animos obligavit, ut tantum virum cum omni laude, tum eo ipso, quod regebat, regno dignum praedicarent. *Iovius in Conalvo.*

Erga Exules.

XERXES Persarum rex liberaliter alimenta dedit exulanti apud se Themistocli. *Diodor. lib. 11. & Plutarch. in vita ejus.*

Vagante Xerxe Phocidem, Athenienses, auctore Themistocle, relicta urbe naves concenterunt: liberos, uxores, servos parentesque Trezenem deportaverunt deponendos, quos receperunt Trezenen benignè: siquidem sciverunt iis publicè alimenta, bis in singulos obolis die praebitis: & pueris poma ut liberum esset, unde liberet, sumere: merces in super praceptoribus eorum solveretur. Hoc plebicium Nicagoras scribit. *Plur. in Themistocle.*

Carites, Hetruriae populi, capta urbe Roma à Senioibus Gallis, facta Romanorum à Vestalibus invecda per benignè receperunt, eoque usque servarunt, dum patria à Camillo esset recuperata. *Levius lib. 5.* Cuius beneficii Romanos postea omnia quae ad religionem colendam pertinerent, & Ceremonias nuncupant.

Erga

Erga Peregrinos.

JANUS Saturnum profugum hospitio suscepit. Calypso naufragum Ulysses diu fovit: fovit & Alcinous Phaeacum rex, aeterno poetae celebratus ob id ipsam testimonio.

TYRRHENSIS navigans in Italiam, à Cybele & Coryhantho, tanquam ex Herculeis, hilari hospitio exceptus, & civitate RAZENNA donatus est. *Barbof. l. vit. de Chaldaeorum dignitate.*

THYRIO cotarius, Homerum caecum, coram officina sua versus recitantem, hospitio liberaliter suscipit. Unde in Illade sua Tyberiam celebrat, quòd Aiacei scutum fabricavit.

CREOPHYLUS Samius, ludi magister, suscepto in hospitium Homero, accepit ab eo donum inscriptionem poematis, quod Oechaliae captivitate vocant. Sed Callimachus epigrammate quodam contrarium ostendit, quòd quamquam Creophylus opus composuerit, Homerum tamen dicitur, propter dictum hospitium. Quidam hunc Homerum magistrum tradunt, alii Aristum Proconnesium. *Strabo lib. 14.*

GLAUCUS captivus hospitio errantem in Chio Homerum benignè fovit. Postero die eundem domino suo in Bolisso ita commendavit, ut eum dominus filius sui praecceptorem daret. *Herod. in Homeri vita.*

MENTOR Ithacensis Homerum ex oculis laborantem hospitio excepit, quoad convaluit. Eapropter Homerus gratum eum postea Olysiæ suae inseruit, & Ulyssis socium finxit, ut abiens domum totum commendaverit. *Herod. in Hom. vita.*

EVERGETAS genti Arimaeorum prope Arianos nomen ab eo inditum, quòd Cyri regis exercitum frigore & fame confectum, tecto & comitibus olium jussit. Evergetas in postellam reductos Alexander Magnus ob egregiam fidem, quam Cyro olim praestitissent, grandi pecunia donavit. *Sab. lib. 5. Em. 4. ex Diodoro.*

LYCAS Lacedaemonius, gymniciis agonibus peregrinos Lacedaemonem venientes comiter excipiebat, benignoque fovebat hospitio. *Sab. lib. 7. cap. 6.*

ALRIS *ob id vocatur*, id est, Semper aliquid in Cydonis domo. Cydon Corinthius adeò insignis fuit hospitalitate, ut etiam proverbio locum fecerit. *Suid. Xenod. & Arist. interpres.*

XERXES expeditione contra Athenienses suscepta, Graecis urbibus, per quas transibat, imperabat, ut exercitum suum hospitio susceperent. Graeci igitur eo sumptu ad summam inopiam devenere, adeò quidem, ut suis laboribus efficerentur extores. Dum Thasii pro suis, quae in continenae sunt, urbibus Xerxianas accipiant copias, Antipater Orgis filius, vir inter populares illustris, erogavit in cenam quadraginta argenti perfecti talenta. Eam rem ubi accepere, qui praerant aliis circa urbibus (tale enim convivium jam pridem indictum fuerat, & diu celebratum) praecibus passim indicantibus, oppidani frumentum, quod in urbis erat, inter se distributum molebant, farinaeque triticam hordeaceamque in complures menses facebant. Optima quoque pecora & altilis aves terrestres palustresque in coribus & vivariis servabant. Quinctiam aurea argenteaque pocula, & cetera quae mense imponuntur, ipsi regi, & iis qui cum illo vellebantur, facebant, reliquo autem exercituique ad esum duntaxat praepara erant. Sed ad adventum exercitus, tabernaculum, ubi exercitus maneret, flatebatur, reliqui sub dio agebant. Milites per noctem convivantes, mane revulso tentorio, omnique apparatu sumpto discedebant, omnibus apertatis. Unde Magacron Abderites suavit Abderitis, ut universi mares pariter ac feminae delubra adirent, deosque precarentur, ut posthaec dimidium futurorum malorum à se propularent. Nam de praeteritis magnam se gratiam illis habere, quòd res Xerxes non bis quotidie cibum capere consueverat. Fore enim, ut Abderite si juberent etiam praedium simile cenae instruere, aut non praetolerarent Xerxem advententem, ut praestolati, pessime inter omnes homines affligerentur. *Herod. lib. 7.*

PROTAGORAS Abderites, Menandri Thracum locupletissimi filius, Xerxem contra Graecos proficentem hospitio excepit. *Philost.*

PRIMUS Atygis F. habitabat Celenis Phrygiae urbe. Hic Xerxem & omnem ejus exercitum ex decies centenis millibus hominum constantem, ob divitiarum affluentiam hospitio excepit. Miratus rex hominis liberalitatem, sciscitatus est, quous hic Pythius esset? Ubi Celenium esse, mortaliumque

L. B. Theat. vita Human. Tom. IV.

omnium secundum se ditissimum haberi cognovit, pro magno habuit negotio, talem virum appellare. Erat enim jam inde à Dariana illa in Scythiam expeditione pluribus notus: delectaque tunc ille regi auream platanum dono, & viam auream Xerxes hominem ad se accersitum, equantum pecuniarum possideret, interrogavit. Cui ille: Haud te, inquit, celabo, regum maxime, neque dissimulare fas est. Posteaquam accepit te celebratim ad mare venturum, volens tibi ad bellum pecuniam dare, subducta mearum pecuniarum ratione, comperi mihi esse argenti bis mille talenta, auri verò quadragies centum millia numum Daricorum, septem millibus minis, quae omnia ad usum belli hujus tibi Xerxes dono: nam mihi victus ex mancipiis & agricolis abundè suppetit. Haec ille. Cui hilari vultu Xerxes: Ego, inquit, Lyde hospes, ex quo Persidem egressus sum, neminem adhuc sum nactus, qui in meum exercitum tali sit hospitalitate usus, tantumque auri ultra dono obtulerit. Ob qua vicissim ego te meum facio hospitium, & ne ad ista quadragies centena millia aliquid desit, septem millia aureorum numum tibi ex meo numerari jubeo. Tu haec & cetera, quae ad hunc diem postcedit, liberè habeto, talemque te semper geras hortor; neque enim unquam poenitebit te tuae in regem liberalitatis. *Sabell. lib. 2. Em. 3.*

AMYCLIS domus est, quam inhabitasse tradunt Tyndati filios: interfecto dein tempore, eam Spartanus tenuit Phormio. Ad hunc hospitium ornatu Castores venisse dicuntur, ac è Cyrene se venire simulantem, rogasse, ut hospitio se acciperet. Eam verò sibi sellam depoposcisse, qua delectabantur maxime, dum inter homines aetatem agerent. At illum in quam maller patrem adium divertere eos jussisse, cellam illam unam excepisse, quòd filia virgo in ea habitaret: postero die & virginem, & ejus famulatum omnem evanuisse. In eo tantum cubiculo signa Castorum, & mensam, ac super ea laeseritii fructum repererunt. *Pansianus in Laconicis.*

PROLOMEUS senior, Aegypti rex, Cleomenem Spartanorum regem ab Antigono Peloponneso expulsum, amice & benignè suscepit: attribuit etiam ei annua viginti quatuor talenta: quibus ille se & amicos frugaliter ac modicè tolerabat, & reliqua in beneficentiam & munificentiam impendebat erga illos, qui Graecia extores in Aegyptum se contulerant: spem quoque fecit, cum pecunia & navibus eum se in Graeciam remissurum. *Plur. in Cleomene.*

Rex Ptolemæus à minore fratre regno spoliatus, petendi auxilii gratia cum paucis admodum servis squallore oblitus Romam venerat, ac se in hospitium Alexandrii pictoris contulerat. Id postquam Senatui relatum est, accessit juvene, quam potuit accurata excusatione usus est, quòd nec Quæstorem illi more majorum obviam misisset, nec publico hospitio eum excepisset: eaque non sua negligentia, sed ipsius subito & clandestino adventu facta dixit: & illum è curia subito ad publicos penates deduxit, hortatusque est, ut depositis foribus, adeundis ipsius diem pereret: quin etiam curae habuit, ut munera ei per Quæstorem quotidie darentur. His gradibus officiorum jactentem ad regium magistrum evexit: effectique, ut plus spei in auxilio populi Romani, quam metus in sua forma reponeret. *Valerius Max. lib. 1. cap. 1.*

T. POMPEIUS Atticus fugientem è patria Ciceronem festiviis ducentis & quadraginta millibus donavit. Cedeni Italia M. Bruo festertia centum milia muneris misit. In Epiro agentis festertia trecenta numerari absens jussit. Familiares quosdam M. Antonii ex urbe profugientes, quibus rebus egere intelligebat, sponte juvit. In P. Voluminum tam multa contulit, ut plura proficisci à parente non potuerint. *Corn. Nepos in ejus vita.*

HENRICUS IV. reginam Hungaricæ cum filio Salomone, nurruque in exilium pullam benignè suscepit, iisque in occidentalem Bavariam migrare jussit, sumptus ex fisco tribui mandavit. *Avent. lib. 5.*

ANNO 1347. 3. Non. Augusti, Calitium obfessum ab Anglis deditionem fuit Eduardo Anglorum regi ea lege, ut cives incolumes cum singulis vestimentis, quòd vellet, se conferrent. In Francia à rege Philippo Valefio institutum, ut qui primum vacarent Magistratus, Calitio expulsi ac proscripti conferrentur pro genere vite & statu: tum ut eis pensatio quadam ac remuneratio beneficiorum, tum ut urbis fortiter defensione honestum testimonium esset. Ex eo tempore Calitium ab Anglis recuperari non potuit ad Hentricum ulque II. *Aut. Chron. Franc.*

XYSRUS IV. Rom. Pontifex, miseros atque à Turcis ejectos principes, Bolnae Cyrique reginas, praeterea à Andream Paleologum

K k k

A Jogum Peloponnesi, & Leonardum Toccum Epiri despotas aluit. *Volat. lib. 21. Anthop.*

Rubrii Parmenies principau dejecti à Ludovico Sfortia, à Venetis benigne accepti, illique datum ex arario magnum aurum pondus. Decretum inde Guldoni & Jacobo fratribus annuum stipendium duum & triginta milium aureorum numerum: tertio, qui initiari cupiebat, sacerdotium in Veronensi opulentissimum. *Sabell. lib. 2. Dec. 4.*

CAROLUS V. Imperator Mulcaffem regem Tunetanum, à naturali filio Amida excaecatum, & ad se in Germaniam profugum, in Siciliam misit, ut illic publico Siculorum sumptu aleretur. *Sab. suppl. lib. 27. ex Iovio.*

In Tyrannide oppressos.

Consule Tit. Pios homines armis defendere, quatenus Liberalitatem conjunctam habet religiosa defensione, item Tyrannidas, ex loco de Fortitudine. Tit. Erga Tyrannos.

B Ubi à Marathonio Marte & pugna navali Salamina, à Platatis Thermopyllique, & rebus ad Thermoodontem atque circa Cyprum Cimonis gestis descendit, omnibus praeliis Græcia adversus semetipsam decernit ad servitutem, omneque ejus trophæum ad suam excitatum calamitatem & probrum est, quæ penè fuit Ducum improbitate & ambitione prostrata. Alienigenæ verò, qui parvas scintillas & exigua antiquæ propinquitatis cum iis vincula habere videbantur, à quibus vel verbis vel consilio aliquid exitisse in Græciam beneficii mirum esset: hi maximis periculis & laboribus, Græciam gravibus solverunt dominis & tyrannis, atque in libertatem restituerunt. *Plut. in Flaminio.* Etenim cum Philippi armis Græcia Macedonum jupo subiecta fuisset, post Alexandri Magni obitum magna cupido incesit Antigoni Asiæ Regem, & Demetrium Poliorcetem ejus F. opprellam à Cassandro Macedone & Ptolomæo Ægyptiorum, universam liberandi Græciam. Eo bellum nullius regum splendidius gessit vel iustus. Quas enim ex barbarorum præda collegerant opes, eas in Græcos pro gloria & laude profunderant. Ut primum Athenas navigare stetit sententia, cum subiceret quidam ex amicis Antigono, hanc urbem, si essent ea potius, præsidio ipsi quasi pro scalis Græciæ retinendam: non est eum Antigono securus, sed scilas ait præclaras esse & firmas, Benevolentiam: Athenas verò ut orbis terrarum speluncam, mox res gestas suas laudibus apud omnes mortales illustratas. Navigavit Athenas Demetrius quinque millibus talentum argenti, & navium ducentarum succinctum classe. Urbem Demetrius Phalereus Cassandri nomine regerat: Munychia tenebatur præsidio. Sed secunda fortuna simul & providentia usus, repente ad Piræum die 26. mensis Thargelionis ex improviso applicuit. Ut propè in conspectum venit classis, omnibus ut Ptolomæi naves reciperent eam parantibus, tandem re intellecta, duces insisterent occurrere: fuitque tumultus, qualem verisimile est, cum hostium descensionem arceret nec opinatum cogere. Siquidem fauces portus nactus apertas, Demetrius invehit est, jam omnibus conspicuus: signoque ex navi dato, audientiam & silentium postulat. Quo dato, pronuntiavit per præconem, parantem se, quod felix factumque esset, ad liberandas Athenas præsidiumque ejicendum misisse, atque ad leges illis pristinasque Republicam reddendam. His prædicatis vulgus depositis ad pedes clypeis, ingenti plausu & clamore, ut exiret de navi Demetrius, hortati sunt, servatoremque & benefactorem appellaverit. Phalereum Demetrius dignitatis ejus & virtutis veneratione, Theas, uti petebat, addito præsidio deducit iussit. Urbem ipse negavit, se quamvis desiderio teneretur, prius iusurum, quam pulso præsidio libertatem ei reddidisset solidam. Munychiam vallo fossaque cinxit. Postquam verò deiecit præsidium, arcemque exidit: tum denique invitantis eum & excipientibus Atheniensibus, urbem inivit, concioneque advocata, veterem restituit iis Republicæ formam, addidit promissum, misuram ipsi patrem suum centum quadraginta millia medimnum tritici, & materiam ad centum triremes faciendas. Et sic populus Atheniensis anno quintodecimo popularem Republicæ formam recuperavit. Nam intermedio tempore à bello Lamiaco & pugna ad Cranonem commissa, verba paucorum, revera unus propter Demetrii Phalerei potentiam vigerat dominatus. *Plut. in Demetrio.*

DEMETRIUS Poliorcetes, & Ptolomæus inter sese certantur de liberanda Græcia. Demetrius è Munychia præsidium ejecit interfecto Dionysio duce, ac Demetrium Phalereum, qui

rem ad paucorum potentiam Athenis revocaret, amovit: patriam Atheniensibus, Megarensibus libertatem restituit. Ptolomæus autem in majorem etiam libertatem spem Græcos crexit, Græcæ urbes pleræque omnes libertate donavit, & Isthmiam Isthmiam denunciat, & Isthmia, ut libertate recepta, oleaginos ramos ferentes spectare iussit. Cæterum pacta ista inter Ptolomæum & Demetrium non diu steterunt. *Svidas.*

Jam cum denud & Philippi regis, Demetrii filii, & Mithridatis Ponti Asiæque regis Armis premeretur Græcia, à Romanis libertatem recepit, à T. Quintio Flaminio primum, deinde verò à Nerone Imperatore. Atque ad urbem Corinthum delatum est, idem ut ibi beneficium bis Græcis sit declaratum. Siquidem Quintius Corinthi tunc, & post aliquot annos Nero iterum Corinthi, Isthmia iterum celebrans Græcos liberos suis legibus iussit esse: ille per præconem, hic pro tribunali in foro concionem ad populum habens. *Plut. in Flaminio.*

ROMULUS, avo Albe defuncto Numitore, licet regnum ad ipsum pertineret, Rempub. in populi gratiam iussit liberam esse, ac magistraturæ supremæ Albanis quotannis creavit. *Plut. in Romulo.*

PIRINUS Gallorum rex, Gregorii III. Pontificis precibus, contra Aistulium, bis in Italiam cum ingenti exercitu descendit adversus Longobardos. Quibus cum Ravennam Exarchatum ademerit (hæc enim Longobardorum dignitas erat: atque in ea Æmilie viæ pars, sub Romandiole nomine designata, Ferrariæque continetur; item quicquid inter Ariminum Placentiamque comprehensum est) ipse magno auri pondere, quod Constantinus Imperator offerebat, si sibi ea loca restituerentur, Pontifici omnia dono maluit. *Fulg. & Egnatius lib. 4. c. 8. ex Regimio l. 2.*

Non minus liberalem se, quam Pippinus pater, Carolus Magnus ostendit: qui, ut Adrianum Pontificem adversus Desiderium Longobardorum regis arma tueretur, bis in Italiam descendit: domitiam Longobardorum rabie, dona data à Pippino patre confirmavit: eique Patmam, Mantuam ac Lucam cum eis haud contemnendam Etruriæ partem addidit: quæ omnia, si voluisset, retinere sibi poterat. *Regino l. 2. Rannulfus lib. 5. c. 26. Fulg. & Egnat. ibid.*

URSUS, dux Venetorum, Gregorio tertio in recuperanda Ravenna, à Longobardis occupata, opem tulit. *Sabell. Enn. 8. lib. 7.*

ALFONSO Aragonius, cum hortatu & precibus Eugenii Pontificis expeditionem in Picenum agrum (qui à Francisco Sfortia potèntissimo ac præstantissimo duce occupabatur) instituit, atque Sfortia expulset, Eugenium unam atque alteram urbem ex receptis Alphonsi obtulit. Verum rex repudiatis omnibus, non quæstus gratia hanc expeditionem se suscepisse ait, sed Ecclesiæ. *Panorm. lib. 3. de rebus gestis Alphonsi.*

Erga hostes.

Et Tit. Clementis erga hostes, huc quadam, qua Liberalitatem junctam habent.

PHILIPPUS Macedonum rex, ut scribit Plutarchus, Nicanora proprium inimicum & detractorem, inopia vehementer afflictum, munere donare præcepit.

PORSENA rex Hetrurcorum, pace cum Romanis juncta, cum aliam civitatem exhiberet ingentem munificentiam, tum nihil præter arma ut deportarent Tusci, castra commeatu & omnium generis opulenta referta relinquerent, imperavit, eaque donavit Romanis. Unde mox usque ad nostram ætatem in honorem & memoriam perpetuam illius beneficii manet, in sectionibus primum bona Personæ regis proclamanda. Statua ei posita area juxta curiam rudis & opere prælo. *Plut. in Polibicola.* Livius dubitabat, quid esset, quod bona Personæ hostiliter vendi dicerentur, quæ res à tam pacato digressi abhorrederent. Ego vestitus illius liberalitatis monumentum id fuisse crediderim, ut eo modo, quo ea à Quæstoribus post regis discessum vendita sunt, grata apud posteros memoria, talis sit actio inter cætera urbis solemnia celebrata. Tantum enim abest, ut Hetrurcorum ab urbe discessis hostiliis fuerit quod statua sit deinceps Personæ juxta curiam publice constituta. *Sabell. lib. 6. Enn. 2.*

VESPASIANUS Imp. Vitellii hostis sui filiam splendidissime maritavit, dotavitque etiam & instruxit. *Svet.* STENO Junior, Sveonum rex, Christianum II. Danorum regem Stochoniæ sese obstantem, & summa rerum omnium ino-

inopia, ventoque adverso ad extrema redactam, commeatu liberaliter donavit. Anno 1518. 10. Magnus lib. 23.

CONSALVUS Magnus Gallos hostes, Cajeta dedita, & regno Neapolitano excedentes, multis equis liberaliter donavit. *Jovius in Consalvo.*

In Mortuos.

Huc omnia ea, que in Funera, in Sepulcra, conferuntur liberaliter; sive Sumptus in iis, sive Munus spectetur.

Regum Scythiarum sepulcra apud Gerchos sunt, ubi Borythenes jam navigabilis est. Ibi cum rex eorum decessit, ingentem scrobem effodiunt forma quadrata. Accipiunt mortuum corpore incerato, albo ovula atque expurgata (ut etiam *Plin. lib. 9. c. 45.* docet) quam ubi filere contulo & thymiamate, apique semine & anisi expleverunt, consunt rursus: impolitumque plastrum cadaver ad regem gentem ferunt. Quod qui excipiunt, eadem agunt que regii Scythæ: autem decidunt, crimen circumfontant, brachia incidunt, frontem nasumque faciunt, sinistram manum sagittis trahunt. Mox idem ad populos alios, quibus vivens imperarit, cadaver transferunt. Denique contumelantes, concubinarum aliquam præfecta gula simul sepeliunt: sed & pincernam, coquum, equi agalorem, ministrumque item, qui fuisset à nunciis, nec non equos, & omnium primitias. Rursusque anno circumacto hæc obvenit: quinquaginta ex ministris, qui non alii sunt, quam Scythæ ingenui, strangulant, totidemque intermunt equos. *Herod. lib. 4.*

HERXES in expeditione contra Græcos apud Achanthium urbem agente, contigit, ut Arachæus, vir Xerxi spectatus, qui fosse ad Athon montem faciendæ præfuerat, morbo decesseret. Xerxes magno damno dicens, maximum hominum fato fundum (quippe cui quatuor omnino digiti decerant à longitudine quinque regionum cubitorum) apparatusque omni soneravit, exhibito etiam epulo, ejusque tumulum omnis exercitus extruxit: cui tanquam heroi Acanthi ex oraculo sacrificant, nomine eum nuncupant. *Herod. lib. 7.*

HEPHESTIONE Babylone mortuo, Alexander Magnus in summo erat lectu. Duces & amici omnes regis voluntati inservientes, signa ex ebore, auro, & materia alia pretiosa fieri curavit. Ipse autem archieptos & diligentiores fabros suos exquisivit: ac primum menium stadia decem deiecit, lateresque omnes colligi & exportari mandavit, quod locus ad pyram extrudendam æqualis fieret. Eam autem quadratam exiecit, ac latus quoque in stadii longitudinem produxit. Reliquam aream partus est in domos triginta, quæ extructæ sunt cum tabulatis è ligno palmæ arboris. Totius autem ædificii formam quadratam effeci voluit. Deinde circumquaque ornamenta applicavit. Ad imam quidem partem posita sunt quinquaginta milia aëreae solida quadraginta numero: in eorum prominente utrinque asere, ut solet in proris navium, sagittarii bini, quatuor cubitorum magnitudinis, genui innitebantur. In medio quinque cubitorum staturæ armatæ erant. Loca omnia intermedia tegebantur obductis velis purpureis. In secundo loco supra hæc erant quindecim cubitorum lampades, quibus circa partem, quæ manibus capitur, annexæ erant coronæ aureæ: in summo, ubi ignis excitatur, aquilæ alas protendebant, ac deorsum versus iatuebantur: ad infima jacebant dracones, aquilæ & ipsi torvum insipientes. Tertium superiorem locum ferarum omnium, quæ venando capiuntur, ingens tenebat multitudo. Quartus locus habebat Centaurorum pugnam, factam ex auro. Quintus tauros & leones alternos atrosque. Super hæc omnia in sexto ordine erant ubique Macedonia & Barbarica arma: altera in vultus testamento: Barbarica, uti gentium devictarum darent significationem. In summum fastigium tenebant Sirenes tororis cavatæ, in quibus conditi homines vultu neminem canerent. Totius operis altitudo credita est fuisse cubitorum plus centum triginta. Quomodo simul duces, milites, legati & indigenæ homines summo studio pomæ ejus apparatus adjuverint, impensa sunt talentorum milia plus quam duodecim. Ad magnificentiæ hujus rationem reliqua omnia in summe, summo cum splendore sunt celebrata. *Diod. lib. 17.*

ALEXANDRI Magni Babylone mortui corpus ad Ammonis delubrum deportandum Macedones statuerent, curtus & de-

ductionis cura Aridæo demandata. Primum aureum fabricatum est feretrum ductile, corpori quadrans, idque refertum aromatatis, quæ possent corpori fragrantiam simul & pædicationem præstare. Feretro impositum erat tegumentum aureum, ad unguem quadrans, summamque superficiem comprehendens. Hoc insuper comprehendebat purpureus pannus auro variegatus, qui appositus arma defuncti, volentes tota imagine exprimeret ejus res gestas. Postea adhibere currum, qui illud portaret, cuius verticem tegebat aurea testudo, tectorio gemmis ornato, latitudine octo, longitudine duodecim cubitorum. Tecto præter totum opus suberat aureum folium forma quadrata, habens tragelaphorum prominentes partes anteriores, quibus affixi erant annuli aurei, de quibus pendebant insignia ad spectaculum fabricata, variis coloribus decenter florida. In summis erat sinubria reticulatis, habens prægrandia tintinnabula, ut ex longo spatio perveniret sonitus ad propinquantes. In hujus testudinis angulis erat in unoquoque latere aurea Victoria trophæum gestans. Quod verò testudinem undique sustinebat columnium, erat aureum, columnarum capitulis Jonicis. Intra columnium reiecit aureum, macularum, crassitudine digitali, quod rete tabulas habebat alternas quatuor, depictas animalibus, pares parietibus. Harum prima habebat currum tornatilem, & in eo sedentem Alexandrum, manibus gestantem decorum sceptrum. Regem stipabat unum satellitium armatum Macedonum, & alterum Perlarum maliferorum, quos antecederant armigeri. Secunda tabula habebat sequentes satellitium elephantos, ornatos bellicæ: quibus portabantur à fronte Indi, à tergo Macedones, consuetis armis armati. Tertia habebat equitum armatas que præliorum conflictus imitabantur. Quarta neves ad prælium instructas. Apud aditum testudinis erant leones aurei, intuentes in eos qui intrarent. In singulis intercolumniis erant aurei acanthus, paulatim usque ad capita columnarum exporctus. Supra testudinem in medio vertice purpureus pannus erat subdialis, habens auream lauream permagnam, quam radiis feriens sol, splendorem reddebat fulgentem atque tremulum; quæ res procul spectantibus fulguris speciem præbebat. Sella testudini subiecta duos habebat axes, quibus circumvertebantur rota Perficæ quatuor, quarum erant orbilia & radii deaurati: quæ verò pars terram pulsaret, erat ferrea. Axium prominentes partes erant auro fabricatæ, habentes anteriores partes leonum, pila mordicis tenentium. In media longitudine polium habebant arte accommodatum in media testudine, ita ut per eum posset testudo inconcussa esse in successibus inæqualibusque locis. Cumque essent temones quatuor, univocis quadruplex ordo jugorum subnectus erat, quatuor multis univocis jugo alligatis, ita ut in universum multi essent sexaginta quatuor, tum robore, tum proceritate electi. Horum univocis coronatus erat aurata corona, & ad utramque genam pendens habebat tintinnabulum aureum, & circum collum torquem gemmis ornatum. Igitur Aridæus consumptis duobus fetè annis operum apparatus, deportavit corpus regis de Babylone in Ægyptum. Ptolomæus ei obviam processit cum copiis usque in Syriam, acceptoque corpore, decrevit illud in præsentia ad Ammonem non deportare: sed in condita ab illo urbe, omnium fetè totius orbis urbium clarissima, reponere. Igitur delubrum extruxit magnitudine & apparatu Alexandri gloria dignum, in quo ei iusta persolvit, eumque heroiis sacrificiis, & magnificis certaminibus honoravit. *Diodorus lib. 8.*

HERODES Judæorum rex, cum Aristobolus Pontificem interfecissent curasset, quod ad magnificentiæ summi funeris apparatus attinet, nihil sibi ad summam liberalitatem fecit reliquum, tam in exornando conditorio, quam in congerendis eo aromatibus, & aliis rebus pretiosissimis, quod Alexandræ locuri, & Mariamæ uxori afferret solatium. Alexandræ enim filius fuerat Aristobolus. *Ioseph. lib. 15. cap. 3.*

HERODIS Judæorum regis funus, Archelaus F. regni successore relicto, quam splendidissimum fieri curavit. Ferretum in lectica aurea distincta variis gemmis pretiosis & infusa purpura: corpus amictum erat purpura, imposito capiti diademate, & delapset corona aurea, sceptrumque in manu dextera. Lecticam stipabant filii & cognatorum numerus. Hos sequebantur milites distributi per nationem geneta: primum satellites, deinde Thracæ, post hos Germani, deinceps Galli, omnes instructi velut ad prælium: reliqua deinde exercitus multitudo armata sub suis ducibus ac centurionibus. Hos sequebantur quingenti famuli, ferentes aromata. Ea pompa processit Herodum usque per octo stadia: ubi, quemadmodum antè mandaverat, sepultus est. Archelaus per septem

A dies iuxta patriam legem luctu parentis celebrato, & in sine luctus funebri epulo multitudini præbato, in templum ascendit: & quacunq; transiret, excipiebatur gratulationibus, ac faustis acclamationibus. Tum consensu suggestu, sublimis in aureo solio residens, accipiebat lætas gratularices voces favoris indices, & ipse vicissim omni comitate respondebat multitudini, agebatque grates, quod oblitis patris sui duritici, nibilo deterius erga ipsum affecti essent, pollicebaturque patrem pro eorum studiis gratiam; adhuc tamen abstinere se à regis nomine, quod ab auctoritate & assensu Cæsaris pendeat, penes quem sit testamenti à patre scripti confirmatio. *Iosephus lib. 17. c. 10.*

MITHRIDATES Rex Ponti pecuniam in sepulturam Thori-doracis, licet hostis, impendit magnam. *Vide Titulum Clementis bellicæ erga hostes morinos.*

NERO Imp. in Poppeæ suæ novissimo die tantum aromatum concremavit, quantum annuo fræru Indiam & Arabiam frære non posse, petiti rerum astruunt. *Plin. lib. 12. c. 18.*

HADRIANUS Imp. in his spectaculis, quæ in honorem Trajani patris edidit, balsamos & crocum per theatri gradus diffusit iussit. In honorem etiam iocris aromata populo dedit. *Pom. cap. 5. de Magnif.*

ALTONUS Aragonius, quàm fuerit effusus in Ferdinandi patris sui sepultura, difficilè explicari potest, cum supra decem & septem aureorum millia in illius funus effuderit. *Pontanus c. 15. de Magnif. & Ricus lib. 4. Reg. Sicilia.*

FERDINANDUS Rex Neapolitanorum, non Isabellæ solum uxoris, aut Helconoræ filiz, atque Hippolytæ nurus funera singulari pompa edidit, verum & Francisci & Blanca Mediolanensium ducibus, Hippolytæ ipsius parentibus, ac Joanni Aragoniæ regi patruo: Mathiæ Hungariæ regi genero, Fridrico quoque Imperatori, qui diversis ac longinquis in locis è vita migraverant exequias rara quadam magnificentia splendoreque persolvit. *Pontanus c. 15. de Magnif.*

NOSTRA ætas vidit in Alphonso Agidario (qui dux confecto Bætico bello Mauros iterum rebellantes circa Arundam oppugnabat, in qua pugna, suorum negligentia fortiter pugnando occubuit) tantam funeris pompam, ut præter regios propè exequiarum apparatus, singule Civitates Hispaniæ suis quoque locis iusta perolverint: neque minor nunc ejus sit interfecti apud Hispanos fama, quàm Consalvi fratris celebritas, qui

C Neapolitanum regnum incredibile felicitate Gallis ademit, Sepulchro talis inscriptio regum decreto est addita, ut appareat, illum tantquam numen ab omnibus cultum. Hujus memoria reliquæ ab eo præclaræ gestæ ne penitus interirent, Jacobi Agidarii cura effectum, qui tropæaz & alia monumenta illi erigenda in agro Brixiano curavit. *Sabellicus lib. 10. c. 15.*

SECUNDUM RES, IN QUIBUS Liberalitas seic exercit. Sic veratur circa M U N E R A.

Ex Munificentia loco illustretur. Huc enim Donativa, Conziaria, Sportule, & similia referri possunt omnia.

D O T E M.

Vide Tit. Sponsi data munera, ex Loco de Muneribus.

D Atheniensis populus Aristogitonis ex filia nepem, quam vivere acceperat in Lemno fordide, illocabilem ob inopiam, reduxit Athenas, atque nobili viro nuptum dedit: in dotem largitus prædium in Potamo. *Plut. in Aristide.*

ALLEXANDER Macedo, Perillo cuidam suorum amicorum dotem pro filia petenti, quinquaginta dedit talenta. Eo tamen dicente, Decem satis esse: Tibi (respondit) accipere quidem satis est, at mihi dare nequaquam. *Plut. in Apoph.*

Romani filiam L. Mummii Achaici ex publico dotarunt, Cicero lib. 2. *Offic.*

PLIUS orator, historici nepos, Quintiliano rhetori dedit abundè pecuniam, qua nubilem daretur filiam. Quod ad ipsum scribens edocet, his verbis: Et tanquam parens alter puellæ nostræ conféro quinquaginta millia numum. *Ravifus.*

URSUS Comes Nolanus singulis annis, quibus Nolæ præfuit, satis bonam pecuniam puellis collocandis decieverat: undè & vivus maximè charus Nolanus fuit, & mortuus ab omnibus desideratus. *Pont. de Liberal. c. 20.*

Immensas ætarii Barnabæ Vicecomitis principis Mediolanensis divitiæ, uni dotales sumptus exhaurire facillè possunt,

quam numerosam prolem nobilissimis Europæ principum domibus infereret. Viridem enim Leopoldo Austriæ Norici regulo, Theadem Stephano, Magdalenam Federico Bajoris Vindelicæ principibus, Valentiam Friderico Cypro regi collocavit: quum Agnetem Franciscò Gonzagæ, Catharinam Joanni Galeacio fratri filio, Antoniam & Anglesiam Conrado & Friderico Virtembergibus, Sveviæ regis, nupti dedisset: Lucia subindè Emundo Britannicæ regis filio tradita, ut in remoto etiam Oceano sobolem propagaret. Ex filiabus autem nequaquam ex Regina uxore susceptis generos sibi addidit bellica virtute clarissimos, quum Joanni Aucuto Britanno Donnina, Laucia Lando Germano ad Brigantium lacum illustri traderetur. Quarum omnium dotes cum luculento mundi muliebris apparatu, vicies centena millia aureorum excessisse constat: nec tot sumptus tanque immodici Barnabam deterebant, ut quicquam de splendore vitæ remitteret, quin filios diversis magnis in domibus cum frequenti & liberaliter ornata familia alendos arbitrarer. *Iovius in ejus vita.*

GEOG. Helus, Imp. Ferdinandi I. & Maximilliani II. Cancellarius, qui à primæ pueritæ annis castissimè cælebs vixit, certæ pecuniæ lumine fructum annum honesto & pauperi alicui dotis nomine, quò facilius in matrimonio collocari posset, de suis bonis destinavit. *Ioach. Camerarius in vita Philippi.*

SALARIVM, STIPENDIVM, MERCEDEM.

Hic ea, quæ in Militres, in Professores, in Mercenarios liberaliter erogantur, sive Sumptus, sive Munera.

AUGUSTUS Imp. cum suis successioribus, censum senatorum, qui ad numerum octoginta millia olim fuerat, ad duodecies centes scilicet augmentum auxilium scribitur, ne quis eorum inops & egenus foret. *Alex. ab Alex. lib. 4. c. 11.*

NERON senatoribus Romanis, qui tenui se familiari essent, annua salaria statuisse dicitur. *Alex. lib. 4. c. 11.*

HADRIANUS Cæsar feminis plurimum, undè familiam honestè aleret, salaria constituit: necias, liberalitèrque, an magis consideratè. *Pont. c. 11. de Liberal.*

MUTUM, COMMODATUM, CREDITUM, liberaliter Datum.

ANTONIUS Criticus, M. Antonii Triumviri pater, cum non amplas haberet facultates, eamque ob causam ab uxore Julia prohiberetur, ne sua liberalitate ex animi sententia uteretur, & amicus ad eum pecuniæ causa petendæ accessisset: deficiente pecuniâ, mandavit puero, ut aquam in argenteo scypho afferret, atque ea genas abluat, tanquam barbaram salutem: puero autem alterius negotii causa digressio, scyphum amico tradidit, eoque uti iussit. Ut verò scyphum à servis requirit sensit, uxoremque indignè ferentem, & velle de singulis servis divitione habita inquirete, falsus est factum, veniam petiit. *Plut. in Antonio.*

Cum hereditas Catoni juniori venisset patris Catonis centum talentum, redigebat eam in argentum: & cui opus erat ex amicis, mutuò dabat sine sennore. Alii prædica quoque & servitia ejus concedentis & auctoritate accommodantis eratio oppignorabant. *Plut. in Catone.*

FRANCISCUS Carrarius principatu Patavino à Joanne Galeacio Mediolanensi Principe dejectus, in exiliumque ad Asta oppidum missus, à Carolo Zeno, qui tum exercitum Venetorum præerat, propter veterem amicitiam, non parvam pecuniæ summam petiit, ut vitam produceret, seseque alere unum posset. Eam illi per libentem numeravit iustissime, ut omnem operam à se expectaret, quæ præstari ab se sua cum dignitate illi posset. *Egnat. lib. 5. c. 1.*

LEONARDUS Prætor, è Lupis Apuliz oppido ex societate Rhodiotorum militum, se ad Venetos contulit, homo & gentis nobilitate, & rei militaris scientia clarus: cui paulò post, ut virtuti ejus honos haberetur, equites levis armaturæ centum quinquaginta, reliquorumque omnium ejusdem modi equitum præfecturam Senatûs tradidit. Is eum ad urbem quinquaginta auti libras domo secum attulisset, Patribus dixit, tanto se auro in presentia non egere: decemque ex ea summa suos in usus rentis libris, reliquas quadraginta eis obtulit, atque à curia in diversorium abiens, statim misit. Tam prona in alieno homine atque advena liberalitas eum benevolentia in Remp. exstitit. *Bembus lib. 7. Hist. Venetæ.*

AN

ANTONIUS Grimanus, classis præfectus à Senatu Veneto ad verterè Bajazetem II. designatus, antequam confunderet, propter quod ab civibus tot superiorum defessis continentium bellorum muneriis lentè ac morosè tributa exigebantur, libras auri octoginta in remigum stipendia Reipublice mutuo dedit: alteras octoginta secum se laturum est pollicitus, quibus Corcyra reliquique in locis ad classem constituendam uteretur. *Bembus Venetæ hist. lib. 5.*

Remissum. Et alienum liberaliter condonare. Pese ex Loco de Aere alieno. Dissolutum. Et alienum alterius dissolvere. Vide ibidem. Coercitum.

Consule Tit. Avaritia castigata, quatenus feneratorum tyrannis erga debitoris avaritia dissolvitur & sua avaritia.

HEREDITATEM CONCESSAM, communicatam alteri.

Consule Tit. Hereditate acquisita bona.

AGESILAUS Leontychide dejecto ab regnum Spartanum evectus, hereditatem quoque Agidis patris Leontychidis solus crevit. At cum propinquos Agidis maternos hos illos homines vidisset, sed inopes: ad benevolentiam & laudem pro invidia & malevolentia captandam, semissem his hereditatis concessit. *Plut. in Agesilao.*

DEMOCRITUS Abderites fratris sui hereditatem paternam amplissimam concessit: ipse paucis absumptis pecuniis, quantum pro viatico satis fore videbatur, philosophiæ studio peregrinatum abiit. *Gellius & Sab. lib. 2. cap. 1.*

Procleus fratres suos Scipionem & Murenam, impendit bellorum civilium attritos & spoliatos, partio juvit patrimonio. *Undè Horat. lib. 2. Carm.*

Vitet extema Procleus aro. Notus in fratres animi paterni: illum ager penam meo meo solvi.

Fama superstes. De Vestino, Martialis Epigr. lib. 4.

Cum gravis extremas Vestinus duceret horas, Et jam per Stygias esset iterus aquas:

Vitima volentes orabat pensæ Sorores, Pe traherent parva flamma pulla mora.

Jam sibi desinches, claris dum vivit amicis, Moverunt terripas tam pia vota deas.

Tam largæ paritibus, ac luce recessit, Sequè mori posthac credidit ille senem.

ATHENODORUS frater fuit navi major, Xenon nomine, qui magna ex parte rem familiarem procurator sicuti deo: denuc ob raptum mulieris iudicatus, bonique suis est multatus, quæ in publicum addicta fuit: Erat etiam tum adolecens imberbis Athenodorus. Hic vendita quæ fuerat ei attributa bonorum portione, non abiicit fratrem, sed posuit omnia in medio, divisitque: ac magna injuria in patidone effectus, non indignè ulit, neque penituit eum facti, sed placidè & hilariter fratris amantiam tulit, quæ per Greciam fuit divulgata. *Plut. de Pietate erga fratres.*

LYTRUM, REDEMPTIONIS prædium

Pretium datum, *Pro se.*

LYCURGUS orator, obijciente quodam, quod se pecunia redemisset à calamita, non est inficiatus, sed clarissima voce populam appellans: Bene habet, inquit, viri Athenienses, quandoquidem tot annos in Republica versatum dedisse me, non accepisse pecuniam, criminantur obretractores. *Enas. lib. 6. Apophthegm.*

CJUL. Cæsar à piratis Cilicibus captus, duplum ejus summe, quam exegerant, illis persolvit. Sed mox circumventos emi affixit. *Plut. in ejus vita.*

BERTHARDUS Guelcinus, Henrici Hispaniæ regis partes contra Petrum fratrem illum secutus, in prælio captus, redemptionis nomine centum aureorum millia obtulit. Hoste ve quarata parte se contentum dicente, quòd tantus illius opes non esse sciret: honoris tamen causa xx. millia spontè numeravit, & alta voce exclamavit, xv. millibus regnum Henrico comparravi, cum vel invito fratre in solium collocabo: *λόγος πατρου L. B. Theat. vitæ Humanæ Tom. IV.*

ipse, partem rex Gallus restituit. Hic esse ille Bertrandus, quipostea Magister Equitum sub Carolo V. creatus, res maximas gessit. *Agid. Corroz. de Dicitis & Fastis memor.*

PROLEMUS Philadelphus Egypti rex, Aristati amicis, viri optimi, consilio usus, cum Judæorum legem in Grecari linguam transferendam curaturus esset, Judæos omnes captivos in suo regno liberari septem dierum spatio iussit, numeratis in singula capita ex sicco regio centum viginti drachmis. In eam redemptionem 460. talentis, cum domini etiam pro in fantibus id pretium exigent. Et sic centum viginti millia Judæorum libertate donata. *Iosephus lib. 12. Antiq. cap. 2.*

ANNICERIS Cyrenæus, Platonem ab Aeginetis captum, & inter mancipia venalem expositum, ne quid indignum pareretur, minis aliquot mercatus est, & honesto comitatu Athenas ad suos remisit. Quam pecuniam quum à Platone sibi remissam intellexisset: Profecto, inquit, peccatum videri potest, quòd majore summa non juverim tantum vitium. *Katipus.*

BIAS Priæus, cum dives esset, puellas quasdam Messenias redemit, & pro filiabus educavit: postea dote data eas Messiam ad patentes remisit. Brevi post invento auro tripode, cum ex oraculo deberetur Sapientissimo: puellæ cum parte suo in concionem prodierunt, & Bias liberalitate exposita, appellavit eum Sapientem, auctoreque fuerunt, ut tripus Biasi mitteretur. *Laertius lib. 1.*

LYCURGUS orator Atheniensis, cum improperaretur ei, quòd lycophantam quandam redemisset: Gaudeo, inquit, quòd tamdiu vestra Rep. getta, prius data pecunia: arguat, quam capta. *Plut. in vitis Nicia & Crassi.*

GILLUS Tarentinus exul in Japygia, Darji regis exploratores captos sua pecunia redemit. Ob quòd merum cum rex paratus esset ei donare quicquid vellet, optavit tantum se in patriam reduci per Gnidus, & regis intercedente auctoritate: Gnidus tamen à Tarentinis id impetrare non potuerunt. *Herod. lib. 3.*

OBULETAS Alexander Magnus Phocionis e. talenta argenti, & unus è quatuor civitatibus, Chio, Eleæ, Mylasa, Patarave, annum fructum. At Phocion cum neque argentum neque civitatem accipere vellet, tamen ne plane profusa Alexandri nihil facere & contemnere videretur, hac re cum honoravit. *Eos qui in arce Sardis captivi tenebantur, liberos sibi dimitti rogavit Echeeratidem sophistam, Athenodorum, Himeræum & Demaratum, qui duo fratres erant, & Rhodii. *Elisan. de Var. hist. lib. 4. & Plut. in Phocione.**

PERICLES, in vicium à pecunia animum, multa largiendo egentibus, dum redimit suis numis captivos, demonstravit. Non fuit hæc ingens summa, tamen ad sex talenta, *Plut. in Compar. Periclis & Fabii.*

Con venerat inter Annibalem & Q. Fabium Dictatorem de permutandis captivis: & quæ pars plures recepisset, eam ut argenti pondò bina & selibras in militem præstaret. Ut facta commutatione in capita reliqui apud Annibalem Romani ceteri fuerunt, argentum pro his debitum negavit senatus mittere. Insuper castigavit Fabium, quòd non rectè, nec ordine, neque è Republica homines, qui ignavia sua hosti prædæ fuissent, liberaret. His Fabius auditis, moderatè tulle amremiomm: verum cum pecunia deficeretur, neque fallere Annibalem, nec civis sustineret negligere: misit Romanum silium, i agrum ut venderet, & argentum ad se in castra, confectum ferret. Adolecens prædis distractis propè redit. Tum pretium ille Annibali mitit, & recipit captivos: idque postea restituit eum multi vellent, à nemine acceptis, sed condonavit omnibus. *Plut. in Fabio, & Val. Max. lib. 4. cap. 8.*

THEODORICUS Ostrogothorum rex, pacato Italiz statu, pro magno negotio habuit in Galliam mittere, qui Italos à Burgundis in prædam abductos redimerent: missusque est Epiphanius Tacinensis antistes, cum magno auri pondere, quod ex sicco est illi datum. Multi mortales publice redempti fuerunt: cum his quinque millia gratis recepta, quæ Gundobaldus rex Christiani nominis Epiphano viro Christianissimo sine pretio restituit. *Sab. lib. 2. Etm. 8.*

ALTONUS X. Hispaniæ rex Imperatorem Constantinopolitanum, à Soldano captum, ingenti redemit pecunia. *Pont. Remissum.*

Cum inter Megarense & Corinthios de imperio certaretur, captivos in bello velut hospites invicem tradabant, & sine pretio dimissos Dorixenos appellabant. Ilis enim Jupiter *ἐπίδοτος*, id est, hospitalis, in præcipuo cultu erat. Quæc mulieres cum hostibus extra aciem familiaria jura servabant,

KKK 3 in

A Equitibus singulas libras argenti, & quingenos festerios dari imperavit. Quae tam prompta & tam exquisita Patrum humanitas efficere potuit, ut etiam si exspirasset adolescens, aequiore animo desiderium ejus pater toleraret. Val. Max. l. 5. c. 1.

Idem Senatus, cum ad gratulandum sibi Prusiam Bithynia regem, Perse Macedonum rege devicto, venire audivisset: obviavit illi P. Cornelium Scipionem Quaestorem Capuam misit censurisque, ut ei domus Romae quam optima conducatur, & copia non solum ipsi, sed etiam comitibus ejus publice praeberetur: in eoque suscipiendo tota urbs unius humani amici vultum habuit. Ibidem.

Julii Paciaci Hispani opera, hospitalique affectu, octonos menses M. Crassus profunda spelunca latuit, in externa Hispania. Nam quo tempore pater ejus & frater a C. Mario civili bello interfecti sunt, ipse celeri fuga eod delatus, cum decem comitibus in altam sese speluncam illatrabavit. Hic non solum rurus fuit dubii silentio, sed benignè etiam cultus, ut non modo cetera corpori necessaria non defuerint, sed superfuerint etiam omnium hospitum instrumenta. Sab. lib. 7. c. 6.

L. LUCULLUM in Aegyptum ad contrahendam classem à L. Sylla missum, Ptolemæus rex, etsi societatem renueret, mirifica humanitate excepit; & quod duci extraneo ante eum delatum fuerat nemini, diversorium & cœnationem ei in regia dedit, & impensarum atque sumptus quadruplum ejus quod aliis tribui consueverat. Plut. in Lucullo.

L. CORN. SYLLA quaestor, C. Marii bello Jugurthino, amicitiam sibi regis Numidarum conciliavit Bocchi. Nam legatos ejus & manibus latronum Numidarum clafpos excepit, & liberaliter habuit, dona insuper dedit eis, atque cum praesidio, quod eos in tutum deduceret, dimisit. Bocchus rex Syllae gratificatus, Jugurtham sacerum vincum tradidit. Plut. in Sylla.

HERODES Judaeorum rex, ab Augusto Caesare praeter spem confirmatus, redeuntem ex Aegypto Caesarem regia magnificentia excepit apud Ptolemaidem: exercitum quoque omnem hospitalitatem exhibuit, & rerum ad victum accommodatarum copiam. Quo factum est, ut in intimum familiaritatem reciperet, una obsequiare solitus, dum traducuntur copia, ita ut etiamque tum ipsum tum amicos ministerio virorum cl. distissimè & sumptuosissimo cultu insignium: quin & squalida ac inaequosa loca transeuntibus nihil deesse passus est, non vinum, non aquam, qua miles tum magis etiam delectabatur. Ipsum Caesarem se fateretur: turismque ab Aegypto redeuntes alios Romanorum primates tot officiis profectus est, ut nemini mortaliu hac parte cederet. Iosephus lib. 15. c. 10.

CAROLUS MAGNUS peregrinos & hospites humanissimè (qui vetus est Germanorum mos) excepit, multaque in eos beneficia effusus contulit. Et cum multitudo non solum aulam, verum totum Francorum quoque regnum praegravare videbatur. At Carolus sibi detrimentum, famam genuinè hospitalitatis benignitatisque gloria compensabat. Avent. 14. Annal. Bojorum.

Vandali olim in suscipiendis hospitibus populariter alacres fuere, hospitium ultrò offerentes. Quicquid ex agricultura, piscationibus aut venatione conquirebant, totum in largitatis opus conferrebant, eò fortiore quemque, quò profusorem, & jactantes. Cujus ostentationis causa multi ad furta & latrocinia provehebantur, ea exultantes hospitalitatis palliatione. Vandalarum enim legibus, quod noctu furatus fuerit, crastino die hospitibus disperties. Si quis peregrinum hospitio expulisse deprehensus esset, ejus domum & facultates vel dissipere vel incendio liceret consumere. Crantz. 14. V. and. t. 23.

Alemanni, qui ductu & auspicijs Frederici Barbarossae Palæstinam in libertatem vindicare cogitabant, ad Phrygiae Laodicæam castra posuerunt, ibique humanissimè suscepti sunt. Fredericus manibus in caelum sublatis, genibus humi flexis, oravit, ut quicquid vitae prodesset, quicquid animis salutem afferret, id Deus illis tribueret. Nicetas lib. 2.

Cilices, primo Gallorum, qui sepulchrum Christi, profugis Turcis, recuperare cupiebant, conspectu territi, eos amicos transire passus, & forum praebuerunt, & viae duces dederunt, omniaque amicitiae & hospitalitatis officia praestiterunt. Gregoras lib. 4.

OTHO III. Imp. ignoto habitu Venetias venisse dicitur, exolvendi voti causa: & cum Petro Urfeolo principe, ad quem de suo adventu prius occultè scripserat, noctu D. Marci ad eum

subijt, suiique plures apud Vrfeolum dies in hospitio. Cujus praesentia ut commodius celaretur, manè dux Venetus praecebat in aperto, noctu cum eo familiariter convivebatur. Tum Otho aureum pannum, qui annuus Caesari bus ex fœdere debebatur, in perpetuum Veneto nomini remisit. Ipse contra multis & amplis muneribus donatus, Ravennam, unde venerat, revertitur. Triduo post Urfeolus populum pro concione docuit de Othonis ad urbem appulsi, quòd apud se plures dies in hospitio fuisset, & quæ essent ab eo publico nomine impetrata. Fecit ea res ut Urfeolus ex grato sit gratissimus factus universae civitati. Laudata est ab omnibus ejus fides, laudata & industria in tanti hospitii praesentia occultanda: datum est igitur illi, ut silium sibi collegam cooperaret. Sab. l. 2. En. 9.

Fama est, antiquissimum ex gente Lusitanorum regem cum paucis olim Venetias appulisse, ejusque visendæ studio ali-quandiu in urbe versatum, dissimulata interim personæ quam gerebat magnitudine: igitur benignè appellatus, in publicum est hospitium adductus: dari adhaec ex patricio ordine plerique, qui urbem illi per otium monstrarent, quique ipsius latera stipantes, benignè ac comiter hospitium habentem: data & abeunt ex publico munera, missique non pauci, qui cum procul urbe officii causa comitarentur. Hac Veneti, cum se privato homini id praestare, non regi arbitrantur. Regi publica illa hospitalitas eò gratior fuit, quò magis omni ambitionis suspicione caruit. Ubi itaque in Iberiam venit, rem omnem posteris tradidisse dicitur, Venetiamque in se liberalitatem perpetuo monumento suis constare voluisse: atque ob id ipsum mutuum hospitium Venetis cum regia illa familia in hunc diem durat. Circa annum certè Sal. 1484. cum Columbus junior pirata tres Venetas turretes in mari Iberico expugnasset, & captivos Ulyssiponem perduxisset, rex eos hospitio & comœtatu juvit, toroque regno venit quenquam ex Veneta praeda à piratis quicquam coemere. Sab. lib. 3. Deca.

BORSUS Ferrariae dux, omnes qui Ferrariam peregrini diversissent, renunciarı sibi volebant, demandata ministris quibusdam ejus rei cura, ut qui & quales essent, diligenter sciscitarentur: ne qui erga notos abundè liberalis esset, erga ignotos & peregrinos parum benignus haberetur. Ad eum quoque multarum Italiae urbium exules sic profugiebant, ut ab eo nemo repelleretur. Pom. c. 28. G de Liberali.

Cajetani Ladislau Neapolitanorum regem, regno exutum, collata à publico pecunia sustentantur. Idem cap. 32. de Liberali.

PHILIPPUS dux Mediolanensis, Martinum V. Pont. Max. honorificè & magnificentissimè hospitio excepit. Volat. l. 12. Anthrop.

ALFONSUS rex eos qui ad se diversissent, non solum accipiebat liberaliter ac splendide, verum donis quoque magnificentissimè prosecuebatur pro cuiusque dignitate, nullum adeò honestandi ac munerandi genus emittens. Oratoribus populorum aut regum, tum claris viris ad se publico aut privato nomine venientibus, aedes exornari jubebat: & victum, quandiu apud se essent, latissimè ministrari, nec nisi egregiè à se donato abire. Pom. de Liberali. c. 78. & 19.

JULIUS FORIS Messanensis tam liberaliter Jovianum Pontanum gravi morbo laborantem & exulantem tractavit, ut non tantum omnia sua studia, verum & vitam ei acceptam ferret. Pom. de Lib. c. 20.

Post Ferrariensis bellum (five Sociale potius appellare mavis, quando univerfa Italia in Venetos exaruit: quo Ferraria capi expugnarique à Venetis poterat, si fides in Italiae principibus fuisset) cum facta pace Hercules dux Venetias invileret, adeò benignè in eundem excepit, ut & aedes publicæ, jam pridem à Venetis donatae majoribus ipsius, vario ornamentorum genere sternerentur, & ipse publica impensa cum comitatu suo magnificentissimè aleretur. Egnatius lib. 5. cap. 1.

Anno 1502. Anna Candala, natione Aquitana, Ludovici XII. regis Gallorum propinqua, ad Vladislauum Pannoniae regem, cui erat nupti per legatos tradita, profectis, Venetias venit cum magno utriusque regis comitatu. Emissis Venetorum ingressæ, impromptè est publicè ac largitè factus, Ad urbem ubi fuit, omnia in illam liberalitatis & benevolentiae officia profusè collata, ut cum exierat mentè discederet, Leonardo Lauredano Principi dixerit, tum primùm se reginam sibi ipsi vifam, cum apud illum fuit. Postea verò quam in Pannonia regiam exercere dignitatem cepit, amica & benevo-

Ala Reipublicæ omnibus in rebus semper fuit. Bembo lib. 6. Hist. Venet.

LEONORA Ferdinandi regis Neapolis filia, Hercules Arestini uxor, cum duobus filiis, altera Ludovici, altera Francisci Gonzagæ uxore, atque Alfonso cum filio, & ejus uxore Anna Joannis Galeacii sorore, concessis ad Padi ripam navibus, secundo flumine in aestuaria Venetiæ se contulit, ut urbem horto pacis tempore inviseret. Quibus quidem feminis ut quam amplissimi honores haberentur, Senatus Venetus decrevit. Inaque & obviam eis publicè itum in Bucentauro navi, qua in navi à magna Senatus parte, atque è matronis centum triginta, tota penè civitate circumfusa, atque adnavigante, sunt exceptæ, & per eos dies, quos in urbe confecerunt, nullum eis genus publicæ voluptatis aut liberalitatis defuit. Nam & choreæ electissimarum feminarum à principum liberis in comitio celebratæ sunt, & bellaria magni, & operosi sumptus data, & ludi tota urbe, certaminaque multifariam edita; quibus ex omnibus unum novum civitati fuit, ut complures cymbæ, quibus in singulis quatuor feminæ remigarent, cursu propositis praemis contenderent. Quo in certamine propè mira res accidit, quæ à civitate animadverta, diei spectaculique lætitiæ, & hilaritatem conduplicavit, ut quemadmodum Leonora duobus cum filiis, & nuru aderat, quarum causa ea fiebant, ita cymba, qua in cymba mater cum duobus filiis ac nuru remos impellebat, victric. Bembo lib. 1. hist. Ven.

Pete pleraque ex loco de Hospitalitate.

SPONSIONEM. SPONSIO LIBERALIS.

C. JUL. CÆsar prætore anno circumsæcto, qui in Ciceronis consulatu incidit, Hispanicam provinciam sortitus, cum à creditoribus fortè retineretur, M. Crassi opera, qui octingentorum triginta talentorum se ipsorum obtulit, eos à se removit. Erat haud dubiè Crassus Romanorum ditissimus, Pompeioque jam inde à consulatu, quem cum eo gerisset, inimicus: ad ejus potentiam in Republica irifrigendam C. Cæsarem, ac promptissimum quemque omni officio affectabatur. Sab. lib. 5. En. 6. ex Plut. & Crasso.

T. POMONIUS Atticus Fulviae M. Antonii uxori pluribus modis & litibus vexatè se adiecit, ut nullum ea sine Attico yadimonium praestitit, quin ipse sponfor rerum omnium fuerit, necessariumque pecuniam non tantum sine fenore, sed sine ulla stipulatione credidit. Pontanus cap. 43. de Liberalitate.

DAMNI INFECTI PRÆSTATIONEM.

Pius Aurelius Senator, questus mola publicæ viae ductu quæ aquarum libefactas aedes suas, auxilium Patrum cum imploraret, resistendum arari Prætoribus, eò quòd dicerent Aurelio Pio imputandum esse, qui secundum viam publicam ædificasset, neque damni infecti à Republica sibi caveri postulasset, nihilominus subvenit Tibertus Imperator, pretium quæ ædium Aurelio tribuit. P. Aërod. ex lib. 1. Annal. Cornel. Taciti.

ALEXANDER Mammææ multis civitatibus terramotu obrutus, ad inflationem pecuniam ex vestigialibus dedit. Lampridius.

Venetis, vigente adhuc bello Pisano, ut more insituroque majorum, civibus ædium suarum incendio damna perpeffis publicè subministraretur, quòd facilius amissa restituerent, legem tulerunt, ut Petri Molini filius auri libras viginti, Hieronymo & Marino Albertis quindæcim; utriusque aedes ad Casiani & Apollinaris conflagraverant; Andree Ripæ, cui suburbium in Muriano, alteras totidem; Venetis, quibus domum cum taberna mercum Indicarum maxime celebri ad Bartholomæi ignis absumpserat, auri libras triginta, quinque virum salu proctrando magistratus daret. Neque multo post, oneratis navibus duabus naufragio amissis, Philippo Bernardo, & Aloyfio Contareno, quorum ille fuerant, auri libras lx. æquis partibus. Bembo lib. 3. V. en. hist.

SECUNDUM FINEM. CUR EROGENTUR.

CAUSA.

PIETATIS RELIGIOSÆ.

LIBERALITATIS SACRÆ.

Huc ea quæ in Sacra, in Sacras homines conferuntur, vel Sumptus vel Munera. Quorum ex speciebus Magnificentiæ & Munificentiæ petenda exempla.

Plataenses Atheniensibus agrum donarunt, ut juxta ora- E culum in propriis finibus pugnantes adversus Mardonium, in Eleusiniæ Ceteris, & Proserpinæ Campo victoriam reportarent. Plut. in Aristide.

Nicias cum in choragio servus ejus ornatus Bacchi persona transisset, forma & proceritate corporis extimia, etiamnum imberbis, commoto ejus aspectu populo & applaudente, exurgens dixit, Nefas arbitrari se esse, ut corpus, quod Deo omnium vocibus esset declaratum simile, in servitute teneretur; atque adolescentem manumisit. Plut. in Nicia.

MISERICORDIÆ. ELEEMOSYNA PROPRIÆ.

Huc omnes Sumptus, omnia Munera, quæ in Pauperes Calamitosos, quovis genere infortunii affectos, conferuntur, ex locis specierum petenda.

OFFICIÏ. LIBERALITAS OFFICIOSA.

Huc Munificentiæ, item Sumptuarie, quæ ex officio fit, exempla referantur.

Hermoni Theffali magistratum ob paupertatem defugienti lege lata attribuerunt lagenam vini mensuram, & medimum farinæ, quarto die cuiusque mensis. Plut. in præceptis politicis.

ANTIGONUS senex, qui alioqui civiliter, & scitè petitiones improbas amoliri sciebat, à Biane crebro fatigatus: Date, inquit, Biani talentum; ita necesse est. Plut. de Verec. immodica.

Cum M. Attilius prorogatum in proximum annum imperium cognovisset, consulibus de succedere sibi mitendo scribit, Inter causas, cur provincia vellet decedere, illam autitit præcipuam, quòd agellus suus septem jugerum, quem solum habebat, à mercenario vastaretur: quòd si ita pergeret facere, non fore, unde uxor, & liberi sui alerentur. Senatus dato ædibus negotio, patrimonio Attilii prospexit. Vives in Augustib. de Civ. Dei, c. 24.

FIDEI DATÆ. LIBERALITAS FIDA.

Notum est Hist. illud quod in præceptis tradit, quod si quis fidei dedit, & non reddiderit, quod ipsum iustitiae est fidei, & non dedit, cum dicitur. (quod ipsum Liberalitatis est fidei, cum dicitur rependere, quam accepit.)

CÆsar, qui primus dicitur esse Augustus, admodum adhuc adolescens, ab Antonio millics h. s. ex hereditate primi Cæsaris interfecti (quam pecuniam domum suam asportaverat Antonius) tepolcebat, quo repræsentaret populo Romano, cui legaverat Cæsar virtutis trecentos nommos. Incubante autem argento Antonio, atque repetitionem istam, si speraret ut missam faceret, consulente, patrimonium suum proseripit ac ditraxit, legatoque soluto, studium sibi, illi civium conciliavit odium. Plut. in Appoph.

MERITI. LIBERALITAS GRATA.

Ex loco Gratiitudinis illustranda, quatenus liberalitas remittit maius beneficium quam accepit.

NECTENABIS in regno Aegypfi Agessilai virtute confirmatus, contendit ab eo amicè, & ambitiosè, ut subsisteret ibi, secumque hybernaret. Verum festinavit ille ad bellum domesticum, certus reipubl. suam ætari inopia laborare, & externum militem alere. Igitur honorificè & munificè illum profectus, præter alios honores, & munera, ad bellum domesticum argenti ducenta triginta talenta ei donavit. Plut. in Agessilao.

ARCHIMELUM epigrammatum poetam, quò epigramma in navim Hieronis Syraculsi scriptis, Hiero centum frumenta medimnis decoravit, & quidem suis sumptibus misit in Piræum. Epigramma recitat Athen. lib. 5. cap. 8.

ATTALUS, ne fraterna charitate Eumenis vinceretur, qui ei, posthabito suo filio, regnum Asiæ reliquerat, etsi multos quoque haberet liberos, fratris tamen filio iterum regnum liberaliter obtulit, privatam ipse vitam agens. Fulgos. lib. 5. cap. 5.